
R. GOSCINNY - A. UDERZO

Asterix

NAVIS ACTUARIA OBELIGIS

composuit et pinxit: Uderzo

in Latinum convertit: Rubricastellanus




BADAUZ!
DELIRANT ISTI ROMANI!


PAULO MINUS VALEO, PANORAMIX!...
NULLO MODO, OBELIX, POTIONEM MAGICAM ACCIPIES! MILIES TIBI DICEBAM TE NATUM INFANTEM IN EAM INCIDISSE!

„Navis actuaria Obeligis"
von Goscinny und Uderzo
Übersetzung aus dem Französischen ins Lateinische:
Karl-Heinz Graf von Rothenburg
Vokabularium: Hans-Joachim Walke und Karl-Heinz Graf von Rothenburg
Originaltitel: „La galère d'Obélix"

Nachdruck 2008
EHAPA COMIC COLLECTION
verlegt durch die Egmont Verlagsgesellschaften mbH
Gertrudenstr. 30-36, 50667 Köln
Verlagsleitung: Georg F.W. Tempel
Redaktionsleitung: Alexandra Germann
Lettering: Kordula Botta
Gestaltung: Wolfgang Berger
Buchherstellung: Sarah Fritsche

Copyright der Originalausgabe:
© 1996 LES EDITIONS ALBERT RENE / GOSCINNY - UDERZO
Exklusivlizenz für die lateinische Ausgabe:
© 2008 EGMONT FOUNDATION /EGMONT EHAPA VERLAG GMBH, Berlin
Beratung in Lizenz- und Autorenfragen: Michael F. Walz
Druck und Verarbeitung: sachsendruck GmbH, Plauen
ISBN 978-3-7704-0079-9

**Wer mehr über Asterix und Obelix erfahren möchte –
hier werden alle Gallierfreunde fündig:
www.asterix.de
http://de.asterix.com
www.ehapa-comic-collection.de**

Goscinny et Uderzo in medium proferunt
magnum Asterigis tomum XXX

NAVIS ACTUARIA OBELIGIS

composuit: **RENÉ GOSCINNY** pinxit: **ALBERT UDERZO**




in Latinum convertit: **RUBRICASTELLANUS**

ehapa COMIC COLLECTION EGMONT

Thomasio, nepoti meo,
et
Kirk Douglas, clarissimo actori,
honoris causa



* facultas risum movendi: verba excerpta ex epigrammate Caesaris de P. Terentio, poeta comico Latino (ca. 190 – 159 a.C.n.)



anno a.C.n.L: tota Gallia, quae, ut vides, est divisa in partes quinque, a Romanis occupata est... Totane? Minime! Vicus quidam a Gallis invictis habitatus invasoribus resistere adhuc non desinit. Neque vita facilis legionariis Romanis, quibus sunt castra bene munita Babaorum, Aquarium, Laudanum Parvibonumque...



Romae in palatio C. I. Caesaris
ASINE! HOMO STULTE!! STULTISSIME!!!
CURNAM SUCCINCTUS SUM AB HOMINIBUS OMNIUM STUPIDISSIMIS?!!
ei! ei! praefectus classis Aquisubmersus, qui mihi praeest, timet de statu suo, statio!
haec quidem est facultas gratuita leones circenses e propinquo spectandi!
ANTE OCULUS TIBI ASTAT BOS STULTISSIMUS ROMANORUM, CLEOPATRA...
GULP!
PRAEFECTUS BOARIUS
...CUI PULCHERRIMUM TOTIUS CLASSIS NAVIGIUM SURREPTUM EST!!!
MEUM IPSIUS!


erat, ut ita dicam, locatum, clarissime Caesar!
LOCATUM QUIDEM SERVIS SPE LIBERTATIS ADDUCTIS, CLARISSIME LOCATOR!
exigua tantum manus rebellantium erat, praeclarissime atque caelestissime Caesar!
hoc, per Iovem, spero pro te, Aquisubmerse. sin minus egomet ipse te in actuariam mittam, ubi animum colligere poteris.
omnia in ordinem redigam, miraculum miraculorum et divinissime Caesar!
haec causa facilis non fuit, an non, praefecte?
VAM!
PROSPECTE, PROPRAETOR MI! OMNIUM RERUM INSCIUS ET RUDIS ES. NISI NAVIGIUM REDUCES, RELIQUAM VITAM IN ACTUARIA AGES!!!
si in vulgus emanabit servos quosdam navigium meum furto abegisse, toti antiquitati risui ero!
non eris, sed iam es, miraculum miraculorum et divinissime Caesar!
quid illud 'iam es' sibi vult?
illius vici causa a Gallis invictis habitati, qui non desinunt...
bene, bene! nemo nisi ego ipse commentarios edo.


NUMQUAM POST SERVI ROMANORUM ERIMUS!!!
AVE CAESAR
NUMQUAM!!
ego, Spartacis, homo Graecus, per omnes Olympi deos iuro...
...me vobis viam ad libertatem monstraturum!
navigare necesse est!
vivere non est necesse!
consentio! ad libertatem. tamen scire cupio, quonam hoc ipso tempore navigemus! quid vobis videtur?
recte dicit! remum milimetrum ducere recuso, dum hoc nescio!
quid si cerebra nostra perrumpimus? nonne hoc consilium hilare est?
ticit te opificum consociatione!
pactum est! licet omnibus libere sententiam dicere! quo navem appellamus?
IN HISBANIAM LUSIDANIAM BELCICAM CERMANIAM AFRICAM AREMORICAM
OMNES DEINCEPS, PER IOVEM!


cur non ad Mauretaniam refugium petimus? quid vobis videtur?
heus tu! Hispania longe tutior est!!
pfff!
cur autem Hispania? cur non potius Lusitania?
dicite mihi, vos ceteri: nonne ad Belgas venire mavultis?
Germania, patria mea! quam te deſidero!
audite! refugium petendum est, ubi Romani non sunt. at eos undique esse bene notum est.
per deos! aliquid hilare mihi in mentem venit!
Haemendex*, patruus meus Britannus mihi pauca de vico Gallico in Aremorica sito narravit, qui potionem magicam possidet legionibus Romanis interdicentem, ne penetrent!...
„profitemini militiam voluntariam!“ nobis dixerunt.
?!
* vide „Asterix apud Britannos“.
si verum est, quod dicis, eamus ad vicum Gallicum in Aremorica situm! pactumne est?!
CLAC!
PACTUM!!!
itaque pulcherrimum Caesaris navigium cursu commutato Aremoricam petit, ut apud Gallos invictos refugium petat.


postea in regione longe remota, in Gallia...
hac nocte somnium horribile vidi, Asterix!
aha!?
SCRUNC
C. I. Caesarem omnia praesidia circum vicum posita deduxisse somniavi!
hoc somnium vidisti, quod stomachus tibi gravatus erat, Obelix! quotiens tibi dicebam, ne plures quam tres apros consumeres, antequam dormitum ires!
at somnum capere non potero, nisi quattuor saltem apros comedero!
vaha! nihil aliud nisi pavor nocturnus fuit! sin autem revera...
SCRUNC!
REVERANE? QUID AIS?
animo sis quieto! forsitan otio cum dignitate frui possimus!
veni mecum, Idefix! hominibus nobis familiariter utendum non est, qui cum hoste colludant!!!
?!
?
noli irasci, Obelix! per iocum hoc dixi!
NULLO MODO, DOMI-NE MI!
MEMORIAM VERCINGETORIGIS VIOLAVISTI!
DELIRAS, AN NON?!
AD ARMA!! ROMANI AGGREDIUNTUR!
!!!
feliciter accidit, quod Romani saniore mente sunt quam tu, domine mi!
mirum hoc est! nemo animo providere potuit Romanos impetum facturos.
SCRUNC! SCRUNC!



eos prospexi! quattuor castra munita copias in campo post silvam sito coegerunt!
!!?
hmm! hmm!
bene! cavendum est. potesne potionem magicam distribuere, Panoramix?
duo aenea plena praeparavi, quamquam in hoc casu unum sufficiet.
festinate! proximus accedat!...
estne aliquid, quod te provocet?
iterum iterumque vi potionis stupesco!
heu miserum Obeligem, cui Panoramix sine dubio interdixit, ne quid potionis sumat!
etsi effectus in eo permanent, quid ei accidat, si paulum potionis biberit?
graves effectus secundarii existere possint, contra quos omnis scientia mea nihil valeat, Asterix!
paulo post...
mirum est, druida. nusquam Obeligem video!
bono sis animo! quam difficilis sit, tibi notum est. irascitur quidem in occulto, sed eum primum in Romanos irrumpere mihi persuasum est.



profecto Romani non longe asunt. legiones quattuor castrorum constiterunt coram novo imperatore, propraefecto classis, qui appellatur Prospectus...
denuo aliqui grapheocrates Roma ex urbe!
ita! et qui nobis difficultates afferre videtur!
milites legionarii!... huc veni, ut vos disciplinam doceam! quae est prima populi Romani virtus!...
UT STANTE PEDE INCIPIAMUS...
SPQR
CAVETE!
ITA! CAVETE, ROMANI!
?!
TSACC!
explica mihi, vir Romane! cur nos aggredi vultis?
at... at pompam tantum exercere voluimus, ut Aquisubmersum, praefectum classis, sollemniter salutaremus!
age! dic praefecto tuo Aquisubaliquid neminem hic pompas exercere...
...nisi nos ipsos!
PAF!


ah! valida est haec virtus Romana!
ita! mecum considero, num istis Gallis nomen dare malim!
Romani pristino vigore carere videntur!
verum dicis! ceterum oculi eorum caligant!
ah! iocosum est!
Panoramix, druida noster, insolitum est Obeligem talem occasionem amisisse!
revera insolitum est!
aliquod grave ei accidisse certum habeo!
suspicio horribilis me invadit, Asterix!
AGE, SEQUERE ME!
E!!!!!! ID IPSUM ACCIDIT, QUOD SUSPICABAR!



ALTERUM AENUM PLENUM POTIONIS SOLUS EXHAUSIT!
?
at... terribile visu !!! corpus eius soliditatem GRANITAE ACCEPIT.
nunc pessimum timeo, Asterix!
LOQUERE NOBISCUM, OBELIX! DIC ALIQUID!
TIC! TAC! TOE!
IN TALI CONDICIONE EUM RELINQUERE NON POSSUMUS!
possumus!
miserum Obeligem! qui granitam caedit, ipse granites factus est! tragicum est!
plaudere videtur, quod ei viventi statua posita est!
neniam ei canam!
si te ligamenta tua vocalia movere audivero, tibi ipsi nenia canetur!
RESPICITE PAULUM CALAMITATEM MISERI OBELIGIS!!!
mittite iocos ambiguos! transferte eum in casam eius, dum herbas quaeram, quibus temptabo, quod nullo modo fieri potest.


postquam druida nonnullas herbas in silva collegit, in casam suam revertitur...
miserum Obeligem!
horribile est!
incredibile est!
POC! POC! POC!
SED...
POC! POC!
NULLO MODO AUDEBUNT...
alia ratione hunc efferre non possumus!
vae!
POC
peropportune accidit, ut potio magica in nobis adhuc valeat!...
et in isto valere videtur!
POC! POC!
exite iam omnes! Asterix solus eum tuebitur, dum antidotum parare tempto!
Obelix, homo stupide! cur consilia sapientia Panoramigis neglexisti? quid accidat nobis, Idefigi et mihi, si in aeternum rigidus eris ut cippus?!!!




nox supervenit viculo rebus novissimis afflicto. duae tantum casae candelabris illustrantur...
...casa Panoramigis, qui potionem arcanum parat, cuius efficientiae fidem non tribuit...
...et miseri Obeligis, qui adhuc ab Asterige amico servatur.
prima luce...
motumne aliquem adhuc dedit?
nullum!
hoc tempore nihil aliud restat nisi credere efficientiae huius potionis!
nonne potionem efficacem esse credis?
tibi notum est, Asterix! numquam adhuc talem casum tractavi.
VAU!
tu mirificissimus druida totius orbis terrarum es, Panoramix! Idefigi atque mihi persuasum est te Obeligem ab hac condicione liberaturum!
ut Teutates te audiat, Asterix! ut Teutates te audiat!


Aquarii, in castris Romanorum...
PRAEFECTUS CLASSIS, PROPRAEFECTE !!!
alius grapheocrates!
QUALIS EST ISTE GREX HOMINUM PERDITORUM?
est... ehem... est ita ut...
OMNIA MIHI EXPLICA, PROSPECTUS!
explicare possum. pompam lepidam facturi fuimus,...
...cum repente...
ne mihi dixeris vos ab ista exigua manu Gallorum hoc modo afflictos esse!
me ipsum ab ista manu Gallica afflictum esse certum habeo!
nugas! sequere me! mihi tecum loquendum est!
praefecte Aquisubmerse, dic mihi, quid in finibus hominum mente captorum agamus!?
classis nostra actuariam Caesaris sequitur huic orae appropinquantem. dubium non est, quin coniurati ad vicum invictorum fugiant.
teneo! ubi primum egressi sunt, navem recuperabimus! ingeniosum est!!!
he! he! he! ceterum mihi in mentem veniet, quomodo coniuratos redimere et remis actuariae affigere possim!
hoc quidem mihi minus ingeniosum videtur.


iamne convaluit?
nullo modo!!!
CLAC!
aliud temptemus!...
fortasse therapia convulsiva aut fortis animi commotio proderit...
!
doleo! pro certo habui...
pfff! ego optima quidem vici coqua sum!
aliud temptemus! his diebus Falbala apud parentes versatur. petivi ab ea, ut huc veniret.
intra, Falbala, puella mea!
heu miserrimum, qui et sub hac forma pristinam venustatem servat!
nunciam modum excedit!
SMAC!
eum immotum iacere ut marmor valde me piget!
iterum non successit, Asterix!


interea prope oram Galliae...
NAVIS ROMANORUM A TERGO!!!
iam diu nos sequitur! nos cito locum petitum pervenire necesse est.
certumne habes te vicum invictorum recogniturum?
bone puer, hic vicus Gallicus solus casam habet in cacumine arboris positam!
VICUS A FRONTE!
navem appellamus atque in sinu occultemus. ego solus Gallos conveniam, ut pericula supervacanea vitemus.
in navigio Romanorum...
CONIURATI NAVI EGREDIUNTUR, NAUARCHE!
optime! signum constitutum praefecto classis dabimus, qui Aquarii in castris exspectat.
at quomodo signum dare vis, nauarche?
ingenio Romano, homo rudis!
DATE SIGNUM!!
?!
quotiescumque signum datis, navem immolatis, nauarche?



HOC SIGNUM EST, PRAEFECTE!
immo signum signorum!
hoc ipsum exspectabam! nunc id nobis agendum est, ut quiete actuariam Caesaris recuperemus Gallis non excitatis!
...ceterum nos tectis vestris excipi speramus, dum Romani nostri obliviscantur!!
patent portae nostrae, Spartacis, nam...
...nam summi nostri officii causa excipere debemus et populos oppressos et martyres et omnes patria afflicta orbos, qui obtriti sunt caligis legionum R...
...omanarum!
!?
VAM!
nunc nullo administro mihi opus est, ...eiii! ...ut risum moveam.
tene actuariam Caesaris conduxisse dixisti?
hoc ipsum dixi! ille autem furenter irascitur!
cito! omnes vicani conveniant, ut iterum potionem magicam distribuam!
!
NONNE QUISQUAM ME ADIUVAT, UT RESURGAM? ADHUC PRINCEPS SUM !!!
cito, Asterix! druida noster potionem magicam distribuit!
iterumne? quaenam causa est?
ut actuariam Caesaris in locum tutum transferamus!
QUAM REM?


ridiculus est mos vester sorbitionem ante discessum e vico distribuendi!?
causam brevi cognosces!
PER NEPTUNUM! QUALIS PROTERVITAS!
AVE CAESAR
τον Ποσειδωνα! QUALE MIRACULUM!
hic vicus nobis fortunam ferre videtur, an non?
utique ferre potest!
AVE CAESAR
cito! Aquisubmersus, praefectus classis, statim certior faciendus est!
paulo post...
ave, Aquisubmerse, praefecte classis! ex solito res recte praedixisti. coniurati navem ad vicum invictorum appulerunt, qui actuariam Caesaris abstulerunt transtuleruntque in locum tutum post murum vici sui munitionibus firmatum!
per inferos! te quoque navem tuam in locum tutum ab illis barbaris transtulisse spero!
consilio constituto tota combusta est signum dandi causa, praefecte classis!
GNGNGN
ludos circenses tibi placituros spero, nauarche!
VLAP! VLAP! VLAP! VLAP!


o si miser
Obelix pristinam
formam accipiat!
VAE! VAE! VAE!
fame
laboro!
OBELIX!
NUNC DEMUM!
VAE! VAE! VAE!
SED...
... DIC MIHI
HOC VERUM NON
ESSE!!!
quidnam? fame
laboro!
SLAB! SLAB! SLAB!
ne te moveris!
statim revertar!
quod Obeligi
accidit, incredibile visu
et prodigiosum
est!
AFFER MIHI
TRES APROS
BENE TOSTOS,
ASTERIX!
OBELIX VITAM RECU-
PERAVIT! SED RECUPERA-
VIT ETIAM FORMAM INFAN-
TIAE SUAE!!!
aliquo modo
erravisse videor!


ehem!... dic mihi, Panoramix! potesne mihi restituere iuvenilem speciem? oh! redde mihi e.g. viginti annos aetatis meae!
cum tales ineptias fecerim, aetati tuae viginti annos adiungi periclitaris!
ASTERIX!!! HORRIBILE EST! SUCCURRE MIHI!
!?
!?
CITO!!!
IAM VENIO!
VIDE, QUAM DECREVERIM! TERRIBILE EST!
uff!
non decrevisti, Obelix, sed in aetatem infantiae tuae revenisti. hodie hereditatem edacitatis tuae accipis!
ULUULUUL! nolo! ut prius apros edere et Romanos verberare volo!
age, quietus sis, Obelix! Panoramigem omnia compositurum mihi persuasum est!
GNI!!!
laetari non videtur, quod in infantiam reductus est!
quamquam hoc non multum interest in eo!
primum vestimenta tuae formae apta nobis quaerenda sunt!
domina Methusalix! potesne nobis dicere, quis vestimenta suere possit pro...
ego ipsa vestifica sum atque magno cum gaudio hic puerulus amabilis mihi curae erit.
nolo!


quam venustus est! quam dulcis! numquam te hic vidi! quod nomen tibi est?
NOLO!
mirum est. tu mihi memoriam miseri Obeligis revocas, quamquam ille te crassitudine longe superat!
ceterum tantummodo satis bene convaluit!
bene! nunc mantelum abiciamus, ut mensuram huius ventriculi faciam!
NOLO!
postea...
sine dubio nepos Obeligis est! tam simili forma est, ut mihi placuerit ei bracas virgatas suere!
tempus mihi non dedisti, ut tibi explicare possem! hic puer nemo alius est nisi Obelix quadam potione druidae nostri transformatus!
VAM!
LATRUNCULI!!! MANUS HOMINUM PER-DITORUM!
19A
ut animum tuum ab hac tota re avertam, tibi nonnullos apros paravi, Obelix!
duo adhuc reliquos esse scis ita tostos, ut tibi libet!
at... at famem iam explevi!
ULUULUUL... ULUULUUL!
nunc actum est de me! tres apros edere noniam possum!
Obelix, miser puerule! comperi, quid tibi accidisset! attamen haec res tam gravis non est!
SMAC!
age, nunc dolor tuus finem habet, an non!?
VGSTRFGN!
PFFF!
19B


!
?
hic mihi aptus videtur!
LAPICIDINAE OBELIX
hunc ipsum libentissime Falbalae donum dare volui!
vides, Idefix, me eundem virum noniam esse! neque tres perpusillos apros edere neque minimum cippum sublevare possum!
hoc unum mihi restat, ut solus in silva vitam agam! si vis, me sequi potes, Idefix!
LAPICIDI OBELI
VAU!
o Panoramix! timeo, ne Obelix, qui me pluribus horis ante reliquit, ineptias facere pergat!
sine dubio potionem magicam potare noniam potest, quod nihil potionis superest!
sed nemo scit, num potio tua eum in rectum statum restituat!...
hoc periculum suspicere nego! ab Obelige, qui tot experimenta subierit, petere non possum, ut alia subeat!
interea...
praefectus classis me enervat, qui nobis imperaverit, ut obsides Gallicos quaeramus! non ignoro, quid nobis accidat, si in unum eorum incidamus!


memento, Idefix, quomodo prius legionem Romanorum omnem afflixerim. ego solus, qui nunc ita corrugatus sum!
venit aliquis!!! cito! abdite vos!!!
CLING! CLANG! CLONG!
quid hoc clingclangclong?
ecce öbsidem meum!!!
100! 100! 100! ROMANI!
PRENDITE HUNC!
GRRR!
non is sum, qui infantes obsides retineam, sed in hac re optio mihi non datur!
ecce hunc nebulonem, qui se formidolosum Obeligem iudicet!
AT EGO SUM OBELIX!!!
et ego Cleopatra regina!
VAEE!
HA! HA! HA! HA!
auferte hunc! etsi obses gravis non est, tamen utilis esse potest!
NUM NOBISCUM DUCENDUS EST HAEC BESTIA
GRRR!
PAF!
VIDEBITIS, QUID VOBIS ACCIDAT, SI RECTUM STATUM MEUM RECEPERO!!!


?!
OUUUUUU
Idefix insolenter se gerit! Obelix in periculo esse videtur!!!
VAU! VAU!
exspecta, Idefix! alii certiores faciendi sunt.
OBELIX IN PERICULO VERSATUR!! EI AUXILIO SUCCURRAM!
timeo, ne huic periculo Romani subsint! te sequimur, Asterix!
utcumque res se habet, manete, dum aenum potionis magicae praeparaverim, qua vobis opus fore credo!
paulo post...
inter perpaucos peregrinos estis, quibus potionem bibere licet!
hoc nobis summo honori est, venerabilis druida!
et denique...
Idefix nos recta via ad raptores Obeligis ducit!...
hoc suspicatus sum. hoc loco Obelix in vinculis tenetur!


AGGREDIMINI!
AD... AD-VENIUNT!
quis advenit? num alii grapheocratae?
CRACC!
MINIME! GALLI!
ABRIPIAMUS NOS!
si hoc gladiator conatus essem, aliquid mali confecissem!
TAXX!
hi ludi Romani valde mihi placent!
ah! hoc est uno in saldu combluros abros capere!
pro certo affirmo, domine mi, me non parvi aestimare homines coloratos!
ego autem! praesertim si hoc tempore plane virides sunt!
quid tandem vultis?
ubi est ille puer Gallicus, quem vos vi abduxistis?
utinam hoc prius dixissetis! Aquisubmersus, praefectus classis, eum in navem imposuit Romam petentem. ibi utilis erit, ut actuaria Caesaris permutetur!


revera navis praefecti plenis velis Ostiam, portum Romae urbis tenet. in navi est miser tristissimusque puerulus Gallicus...
bene! in infantiam reductus sum! perdidi omnem vim meam! Romani me noniam timent et captum tenent...
imploro te, Asterix! succurre mihi!!
cur cessamus? necesse est, ut cito illam navem Romanorum assequamur et Obeligem liberemus!
socii navales et ego parati sumus, ut navem praefecti persequamur, Asterix!
hac in causa vos in itinere prosequar. mihi enim in mentem venit consilium, quo fortasse parvum Obeligem curis solvere possim!
?!
ecce lagoenam tuam plenam potionis, Asterix! istud dolium praeparavi, quod in itinere potionem conficere non potero!
hoc cautionis causa in loco a doliis aquae potabilis remoto ponemus.
et paulo post...
tuae potionis gratia navem praefecti celerrime assequemur, o druida!
ita est! ut primum Obeligem liberaverimus, tibi parvum consilium meum explanabo, Asterix!
VLOP! VLOP! VLOP! VLOP! VLOP!
?


ecce cena tua, puer navalis!
nolo! aprum volo, caput cucurbitae!
se aprum in cucurbitis velle dicit!
!
QUID?... APRUM?... NUM ETIAM ALIUD?!! AUT EDAT, QUOD EI APPONITUR, AUT NIHIL!
excellentissime praefecte, licetne admonere nos, si parvo Gallo omnem cibum denegare pergamus, pretium unius obsidis nostri minuturos!
quid?... bene!... arcessatur Sempernimisalsus, coquus meus, adducaturque parvus Gallus!
Sempernimisalsus optimus Romae in urbe coquus est! hic gustatum depravatum parvi barbari flectet!
ut cibi cupiditas excitetur, ostreas cum caviario et castaneas tostas propono, pro capite cenae coticulas in buccam salientes ad pastam vermiculatam lycopersici liquamine caseoque conditam, pro mensa secunda nuces atque fruges saccharo obductas ac incrustatas.
nolo! aprum volo!!
!?!?
per Apicium! spurcitiis suum coquere recuso!
aprum volo!
nemo alius esse potest nisi unus solus et huic uni occurrimus!
APPELLITE NAVEM IN PROXIMUM PORTUM ATQUE APRUM CONQUIRITE, ANTEQUAM ISTUM DEVORO...
...aprum!




nos actuariam praefecti classis iam diu assequi oportuit, Panoramix!
revera hoc mirum est!
postquam mare Britannum reliquimus, Senam insulam praetervehimur. nusquam ullum velum videre possumus. hoc mirum est.
non sine causa... navis praefecti hoc ipso tempore portu Gesobrivatae exit, ubi ex conspectu fuit!
ecce, hic habes aprum tuum!
FAC EDAS ATQUE QUIESCAS!!!
aprum nolo nisi tostum!
26A
hoc nimis est. non tolerandum est artis perito. succinctorium coquinarium reddo!
TRUCIDABO EUM, CRUCI AFFIGAM! ...
VELUM A FRONTE!
uff! nunc tandem!
NAVIS 'OMANA A F'ONTE!
nisi navis Gallica est, nihil interest!
26B


actuaria Caesaris est mihi bene nota!
salutare opportunum est! quid obstat?
AVE CAESAR!
SISTERE! TOTA VI RETRO!
AT!... INVEHUNTUR IN NOS!!!
CRAACC!
sero!
num verba mala feci?
ave Caesa', ave Caesa'! hoc simulanti accidit!
summum ius summa iniuria!
excusate cicatriculam! vultisne nobis benigne et comiter dicere, num alteram navem Romanam videritis?
GLUC! GLUC! GLUC!
HIC...HIC QUIDEM EST ILLE FOEDUS PUMILIO!
vos p'imum offendimus. nunc nihil inte'est, si alii sequuntu'!
GLUC! GLUC! GLUC!
VELUM ROMANUM A TERGO!
haec navis praefecti classis esse non potest, quia est a fronte!
VELUM ROMANUM A FRONTE, PRAEFECTE!
actuaria Caesaris esse non potest, quia est a tergo!


NAVIS PRAEFECTI!!!
?!
IMMO CAESARIS!!!
IMMO GALLORUM!!
OPPRIMITE RAPTORES!
IM... IMPERO VOBIS, UT NOS DEFENDATIS!
oh! sumus servi peregrini! vestrae contro-versiolae nihil ad nos attinent!
num istum pumilionem timetis?
revera nulla timoris causa est!!
TAX
QUID VOS PARVO GALLICO INTULISTIS?
in... interdico vobis, ne me tangatis! fortasse ratio mihi reddenda est, sed omni culpa vaco!
puer Gallicus sub constrato est!
IDEFIX! TANDEM!!
TUX! TAX!
OBELIX! UT VALES?
bene valeo! sed paulum fame laboro!
VAU! VAU!
puer inutilis! sed mihi occasio arripienda est, quod non semper hoc facere possum!
tu... tune credis, Asterix!...



Romani! poenam iustam pendetis, quod infantem exiguum obsidem retinuistis!
credere adhuc non possum me eum esse, de quo agitur!
istos Romanos ad calculos vocabo! aprum coctum comedant, quem a me devorari volebant!
GRRR!
hoc malum non est. si cochleae adderentur maceratae liquamine ribesiorum, Romani totas patellas devorarent!
SPUT!
VOM!
HA! HA! HA! HA! HA! HA!
HEUS! QUID NUNC AD NOS?
'ecte! nonne vobis cu'a est paupe'um nauf'ago'um?
ascendite in navem! tibi consilium proponam, nauarche!
honestum esse spero!
vobis offerimus pro compensatione damni navem Caesaris cum tota manu remigum!
quid ad quaestum meum?
Caesar ita felix erit, quod actuariam et praefectum classis et propraefectum recuperaverit, ut libentissime compensationem, quam postules, tibi det!
HOC IUSTUM NON EST!
fac taceas atque edas!
per cornua capri! dictum factum, puer! non ignorabam nos aliquo die communes negotia gesturos. utrique dimidia pars! pactumne est?
vere benignissimus es, nauarche!
TAX!
ut feliciter naviges, nauarche!
vale, puer navalis!
ad Kalendas Graecas tibi exspectandum est, dum dimidiam partem videas!


HOMINES DESIDIOSOS HOC LOCO NON PATIOR!
si Caesar nos videret!
hoc longe peius esset!
INCUMBITE REMIS, ROMANI!
CLAC!
BABA! fac descendas! tibi tympanizandum est!
ioo! sempe' me tympanot'ibam esse somniabam!
pulsus remorum accelerandus est! potesne numerum dare tympano?
ce'te! mihi nume'us in sanguine est, p'inceps!
BODONG!
TOC!
BONG!BONG!
TAGADONG!
TOBUDUBODU
TSACCTIACC!
CLAC! CLAC! CLAC! CLAC! CLAC! CLAC! CLAC!
DONGBONG!
BODOBOBONG!
BODOBOMBOD
CLAC! CLAC! CLAC!
SATIS!
ascende iterum et utere tuis oculis! Tripus melius hoc munere fungetur!
heus T'ipus! si hoc modo tympaniza'e pe'ges, omnes b'evi tempo'e obdo'mient!
BONG! BONG! BONG!



navis praefecti classis a Gallis capta cursum tenet contrarium atque illa a piratis occupata...
tibi consilium esse dixisti, quomodo Obeligem adiuvare possis, o druida!
recte! tempus est magnam rem audere, Asterix!
credo te optimum nautam esse, Spartacis.
quod ego quoque credo! Graecus sum!
estisne parati, manus navalis atque tu, ut nos ad insulam longe remotam vehatis?
quod nomen est illi insulae longe remotae?
ATLANTIS!
?!
?
hanc insulam fabulosam ante longum tempus mari haustam esse credebam!
recte! sed insulae complures* restant, quarum maximam adhuc ultimi Atlantis posteri incolunt!
* nonnullis persuasum est has insulas esse Fortunatas nostri temporis.
sed quid illa Atlantis ad Obeligem?
incolae Atlantidis antiquissimo cultu orti sunt scientiaque eorum longe amplior est quam nostra. hoc Obeligi maximo usui esse potest.
hoc nobis placet, druida! cursum tenebimus in Atlantidem! sed manus magni aestimet, si potione tua recreari possit!
hoc mihi placet!
aliquid potionis ex dolio subsidiario afferam!
et hoc extremum nihil continet nisi aquam!... NUM FORTASSE?...
PANORAMIX! NIHIL IAM POTIONIS SUPEREST!
hoc nihil ad me attinet!


VIX CAPERE POSSUM! verisimile est nos dolium in altera nave reliquisse!!!
eam hoc tempore assequi non iam possumus!
nihil est! potione nobis opus non est! ea carentes paulo longius vehemur!
ita longum iter meridiem versus incipit, de quo nihil nisi hoc unum nuntiari potest: longum fuit et memoria non dignum.
oras Hispaniae et Lusitaniae circumvecti nunc oras Africanas praeterimus! brevi adveniemus!
revera prima luce...
TERRA! TERRA!!!
tandem in conspectu vestro est illa fabulosa ATLANTIS!
ridicula ratio navigandi!
delirant isti Atlantiaci!


per Teutatem! videsne tu, quod ego video, o druida?
revera mirum est neminem nos salutare nisi infantes!
potestisne nobis dicere, infantes, quis dominus huius insulae sit et ubi inveniri potest?
somnium est.
Hyapados appellatur, summus sacerdos noster.
sequimini nos. vos ad eum prosequemur!
spero manum navalem nos reperturam!
iam dixi: delirant isti Atlantiaci!
somnium est! nihil nisi somnium!
agite, infantes! omittite hospites nostros alioque loco ludite!
gratias ago, quod nos excipitis, Hyapados, summus sacerdos! ex Gallia, quae longe remota est, venimus. ego Panoramix druida sum. ecce hi sunt Asterix et Obelix, sodales mei!
venisne nobiscum ludendi causa?
non venio! mente captus es, an non?



sequimini me, amici!... recreate vos atque sumite parvum prandium!
VIDE, PANORAMIX! VACCA, QUAE VOLAT!!!
age, Asterix! ut omnes hi infantes nutriri possint, magna copia lactis opus est!
Atlantis praeter summum sacerdotem tantummodo ab infantibus incoli videtur. quomodo hoc factum est?
omnes hi infantes aliquando adulti erant, qui infantiam suam recuperare cupiebant.
iam scio! delirant ist...
utinam iis apri volantes essent!!!
infantiam suam recuperare? quo miraculo hoc fieri potest?
Atlantiaci ex multis saeculis praeter cetera mysterium iuventutis atque infantiae aeternae revelaverunt.
scientia Atlantiacorum una atque sola causa itineris nostri est!
vultisne vos quoque infantiam recuperare?
contra! potesne Obeligi speciem adulti reddere, quam incommodo perdidit?
mirum mihi videtur aliquem senescere velle...
valde doleo! etsi mysterium potionis iuventutis mihi notum est, nescio mysterium, quo quis senescat. itaque sodalem vestrum adiuvare non possum!


dolendum est! hoc permagnum iter frustra fecimus. nihil restat nisi reverti in vicum nostrum!
per barbam druidae! tamen concedendum est scientiam tuam incredibilem esse, Hyapados!
miseret me, quod non sufficit, ut vos adiuvare possim!
nonnumquam de Obelige, amico nostro, miror, qui occasionem pro nihilo putat infantiam recuperandi! ehem! nunc nobis redeundum est! manus navalis nos exspectat!
recte! nam...
...si summus sacerdos permittit, manus atque ego libentissime in Atlantide insula manere cupimus, ubi tanta libertas regnare videtur!
!?
?!
consentio ea condicione sine qua non, ne amici nostri Gallici revelent Atlantidem adhuc exstare!
nos numquam de hac re narraturos iuramus, Hyapados!
FLOP!
mihi persuasum est te arbitrium nostrum comprobare, Asterix!
nimirum! hoc loco viri vere liberi eritis!
puer vetus! tempus vobiscum actum iucundissimum erat, an non?
felicissime evenit, ut puerulum tamquam te cognovissem!
licetne iterum a te petere, ut nobis maximo beneficio afficias, summe sacerdos?
beneficium mihi iam notum esse credo!
nunc, ut bene revertamur, nihil aliud restat nisi confidere benignitati Aeoli!*
recte!
* deus ventorum.
quia in hac insula materiae ad potionem miscendam necessariae non exstant!
nihil est! necessitate imposita mihi superest illa, quae est in laguncula mea!
tristis sum, quod discedis. hic iucundissimis ludis delectari nobis licuit!


mirum! Spartacim eiusque amicos nobis abeuntibus vale dicere pro certo habui!
utcumque sit, explanare quidem non possum, sed hoc quodam modo animum movet!
recte dicis, vir!
agite, lusum eamus, sodales, an non?
eodem tempore in alio mari in alia nave...
PO'TUS 'OMAE U'BIS IN CONSPECTU!
tandem adsumus!
vires me deficiunt! misereminі! siti crucior!
affer aliquid aquae! hic puer nobis curandus est! corpus eius auro aequabitur!
nos brevissime advenire oportet! hoc est extremum dolium aquae potabilis!
fortuna tibi favet, Romane! non multum afuit, quin exustus esses! nunc est bibendum!


!
oooooooooo!
!?
per cornua capri! quid hoc sibi vult?
et primum!...
SQUASS!
et secundum!...
TAX!
et tertium!...
VAM!
tres viri e nave!
at nihil ei obtuli nisi paulum aquae!
felix qui potuit rerum cognoscere causas!
satis supe'que!
vires meas terribiles duco!
per omnes deos, praefecte! aliquid illius fabulosae potionis Gallorum invictorum bibisse videmini!
ehem! verum dicis!...
ILLIUS POTIONIS MAGICAE!
cito! agendum mihi est, priusquam ille truncus rem perspicit!
?


longe a Caesaris actuaria...
NAVIS ROMANA A FRONTE!
NAVIS PRAEFECTI CLASSIS A FRONTE!
mirum! eam cursum Romam tenere credebam?
remigibus carentes effugere non possumus, Asterix!
memento mihi laguncculam potionis superesse!
ISTI GALLI SUNT!
?!
hoc insolitum est! transmittite globum cautionis causa, priusquam in eorum navem transcendimus!
vos protegam! nolite timere!
quis quem timet?
tibi cavendum est, Asterix! calamitatem provideo! malum praesentio!
GRRR!
VAM!
GLUT!
PFFF!
DEDITE VOS, GALLI!
quid praefecto classis atque manui eius intulistis? qui estis?
si denuo Asterigem, amicum meum, digito attigeritis, cognoscetis verum nomen meum!
GRRRR!



pistrices, quarum hoc mare plenum est, delectabuntur! transmittite e nave hunc Gallum barba flavum ornatum!
NOLITE! MITTITE EUM!!! ASTERIX!
TUX!
ASTERIX!
et primum...
?
GNNNNN!
?
et secund-um...
GNNNNN!
GNNNNAN!
et tertium!
tandem! credo nos denuo delectari posse, Idefix!
MAMMA!
VAU! VAU!
CETERUM NOMEN MIHI EST OBELIX!
FUGA SALUTEM PETITE!
numquam quisquam hoc mihi credet!


malum! tandem hanc sacram lagunculam e mari excepi...
OBELIX!!! QUONAM MIRACULO?
nescio! fortasse propterea quod Asterix in tanto periculo erat... sed quid ad te? hoc quoque Romani fecerunt?
non Romani, sed pistrices! at postquam haustum potionis sumpsi non institerunt!
Asterix paulum confectus videtur!
sis securus! si parvum haustum potionis magicae papae Panoramigis sumpserit, confectus noniam videbitur!
GLUT! GLUT! GLUT!
?!
OBELIX!!! QUONAM MIRACULO?
alius alium repetit! haec quaestio iure ponitur!
bene contigit, ut vestimenta tua priora ad omnem eventum mecum duxi!
tu ingeniosissimus sodalis es, quem novi, Asterix!
quam bene est in meam et propriam cutem redire!
et domum redire! tempus est cursum in vicum nostrum ferentem tenere!
Idefix atque ego remigia occupabimus!
IOOOO!
interea longe ab hoc loco...
perlongum tempus praefectus in ima nave versatur. videndum mihi est, quid agat!...
?!



AT... TRANSFORMATUS EST IN GRANITUM!!!
hanc aquam maxime calcariam fuisse credo!
optime! nunc ego unus et solus Caesaris actuariam reducam!!! pro hoc facto praefectus saltem classis fiam!
ita est, sed... centurio quidam adulescentulus et nauarchus nave carens iussi sunt salutem Ostiae, portus Romae urbis, tueri.
nauarche! navis, quae vexillum piraticum ducit, salo appropinquat!!!
ONERATE CATAPULTAS!
IMPERIO MEO INFERTE...
...IGNEM!
?!
SSOC!


simus liberales! excipiamus e mari hos impudentes atque protervos piratas!
AT... AT TU ES, PROPRAEFECTE PROSPECTUS?!!
EGOMET IPSE SUM. PRAEFECTUS CLASSIS, SI VIDERE VULTIS, INFRA ME EST!
?
nunc etiam statuas vestiunt!
hoc modo Roma degenerare incipit!!
quam magna calamitas!!! haec erat propria Caesaris actuaria!!!
ita! restat, ut cognoscamus, quis nostrum eum de damno certiorem facturus sit?!...
haud ita longe absumus a domo nostra, Obelix!
placet mihi brevi circuitu uti, priusquam vicum nostrum assequimur, Asterix!
credo Obeligem brevem excursionem facere velle Aquarium in castra!
bene! hoc ei concedendum est!
NAVIS PRAEFECTI CLASSIS IN CONSPECTU!
pfff! denuo ille grapheocrates!
AT... ...AT QUID FACIUNT?
navigationem voluptariam, asine!
ATTEN...


TSRAAAAACC!
...DITE!
?!
CUCUL! iterum ego! vobis dixi me reventurum esse, cum magnus atque bene confirmatus ero!
Obelix noster semper magnus infans erit!
HIC EST ILLE CRASSUS ATQUE MENTE CAPTUS!
paulo post...
ita parvae res cuique vivendi cupiditatem reddunt!
AQUARIUM
CASTRA PRIUS MUNITA


IN MEMORIAM BOVIS STULTISSIMI ROMANORUM
properandum est! brevi leones redibunt!
te non intellego, Caesar! quamquam praefectus classis damnum actuariae tuae praestat, tu statuam eius in media arena collocavisti!?
leones granitam adhuc respuerunt, sed nescio quae vox mihi dicit aliquando fieri posse...
?
Toc! Toc! Toc!
paulo post et loco longe remoto vicus invictorum heroes suos celebrat imprimis eum, qui priorem formam recuperavit, quae, ut omnes sciunt, ... paulum confirmata est...
nisi modum adhibebis, Obelix, denuo mala somnia somniabis!
scrunc! periculum non est, scrunc! permulta mihi compensanda sunt!
et quid ad coniuratos? novam patriam invenisse videntur, carissime Panoramix!
una et sola patria mea opinione ea est, in qua pedes ponamus, carissime Maiestix!
SCRUNC! SCRUNC!
FINIS FABULAE
UDERZO - 96


BADAUZ!
DELIRANT ISTI ROMANI!


PAULO MINUS VALEO, PANORAMIX! ...
NULLO MODO, OBELIX, POTIONEM MAGICAM ACCIPIES! MILIES TIBI DICEBAM TE NATUM INFANTEM IN EAM INCIDISSE!



anno a.C.n.L: tota Gallia, quae, ut vides, est divisa in partes quinque, a Romanis occupata est... Totane? Minime! Vicus quidam a Gallis invictis habitatus invasoribus resistere adhuc non desinit.

ISBN 978-3-7704-0079-9

€ 12,70 [D] / € 13,10 [A]

www.asterix.de
http://de.asterix.com
www.ehapa-comic-collection.de